

n' primis: aliis potior respectus Honesti.
 Nescio, quæ nobis, seu pax seu bella gerantur,
 Cornipedes istos propius cognatio jungit?
 Jungit amor? Sane virtutum semina cultu
 Suscipiunt parili: vitiis pars magna laborat.
 Ac ne, cum primos equites discurrere vidit,
 Centauros frustra fuerit mirata vetustas;
 Morborum quoque confortes, quos cætera jun-
 gunt?
 Invenies. Sed enim quondam discrimina tangunt
 Plura feros, nostra læsos per equilia culpa
 Inque viâ. Pereunt, homo dum sibi vivere cogit.
 Nunc adeo sociis ut opem, medicamina nactus
 Aptas, feras, qui nempe ferunt tua membra volen-
 tes,
 Hoc, veluti coelo de lapsorum munere gaude.

EPIGRAMMA.

Bucephalum magno merito Rex maximus e-
 mit,
 Et magni fecit, dum tumulavit, equum.
 Tantidem vero chartas mercatus is esset,
 Quas nunc in manibus, splendide Lector, habes.
 Bucephalus Regem poterat servare: sed ipsum
 Bucephalum, contra tela luemque, liber.

Inhalt